Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8999
Copyright: Melk, Benediktinerstift





decreui. Ipse est uerus deus: qui credentes in se non deserit. Talis est enim gl̄a uite
huius. sicut uter uento extensus plenus apparens: et intus est uacuus. Ita et gl̄a scl̄i huius.
in qua nos temporalem habemus leticiam: et eternam dei potentiam non agnoscimus. Uolumus
elati dn̄ationem exercere: et dn̄atorem uerum qui est in celis. corde incredulo non
agnoscimus. Quanta meliora nobis sunt peccora. iumenta. et canes. qui uocem dn̄orum suorum
cognoscunt: nos uero facti rationales. creatorem nr̄m colendo lapides et ligna non
agnoscimus. Sufficiat michi usque nunc errasse: iam non errabo: quod michi defuit.
ostensum est michi. Tempus acceptum inueni: quare non laborem ut accipiam tempus
sine tempore: fruar luce sine fine: contemptiendo diuicias labiles. eternas acquiram.
Nam impedimenta huius mundi. separant a deo: potestas uero temporalis uel quelibet
dignatus successione finitur: et uita ipsa temporalis quibuslibet casibus subiacet. et
morte finitur. Illi deo uere debeo credere cui nullus ueniet successor: cuius
eternitati si sociatus fuero. casibus malignis non subiacebo: nec mortem pertimesco. Hec
est uera gl̄a et nobilitas generis mei. pro tali deo pati. pro quo cum torqueor numquam
amitto: quem dum confessus fuero a bono non derelinquor: et pro ipso me omnia tollerare
non dubito. Hec cum dixisset filius presidis. proiecit uolumina doctorum: et ipsas uestes quibus
indutus erat. iactauit a se et dixit. Polluta uestimenta mea: ad dei hominem properare non est
necesse. Nudum me mater mea huic sclo de utero suo fudit: quod mundi est
mundo relinquam. Et per plateas ciuitatis cursum arripuit. usque dum ad locum
ubi scs iulianus torquebatur ueniret: quia iusserat impius ut per omnes plateas et uicos
ciuitatis diuersas penas pateretur. Tunc puer prostratus ad pedes sci iuliani clama
bat. Te agnosco patrem secunde natiuitatis. quem michi dn̄s xpc sic clarificatum ostendit:
martianum uero genitorem meum. inimicum ueritatis. cultorum dei persecutorem ab
nego et despitio: tibi adherens opto pro xpo saluatore meo quem usque modo nesciebam.
pati que et tu. Hec uidentes milites qui illum torquebant contremuerunt statim:
sermoque eorum et sensus defecit. doctores uero studiorum fugerunt. Tota quoque ciuitas
utriusque sexus ad spectaculum tante rei cognoscende concurrebant omnes: cognoscen
tes presidis filium scō iuliano adherentem talia proclamantem. O uniuersi populi
agnoscite me quia ego sum presidis filius qui cum patre scorum ueneranda corpora
paterna potestate elatus despitiebam: sed hec que miramini. immutatio dextere
excelsi laudabilis est. Hec feci ignorans: dn̄m audiui et cognoui: immo cognitus
sum ab eo. Deos abrenuncio. patrem et matrem abnego: diuitias super fluas respuo.
xpm confiteor: beati iuliam me sequi pedem testor. Quid tardatis ministri uel mi
lites? Ite nunciate parentibus meis. me dn̄m uiuum cognouisse: demonia execrari.
Parentes uero hec audientes: ut cera in igne tabescebant. Confluxerat enim in
numerabilis multitudo populi: iubetque preses filium suum a iuliano segregatum sibi resti
tui. Dei uero misericordia ita affuit: ut si quis uellet manum suam mittere ut eum separaret a co